

Ceterum si de criminibus ad solam exceptionem objectis testes convicti fuerint five confessi, poena ordinaria mulctari non debent, cum accusatio in ipsos, secundum juris ordinem non procedat. Sufficit ergo si a perhibendo testimonio repellantur, praesertim ubi crimen quod eis obicitur, causam, de qua agitur, contingere non videtur.

[a] Quibus ante iuramentum vel depositiones nihil obiectum fuit, post attestaciones publicas possent opponi, hoc in Ro. Ecclesia de longa consuetudine obtinuisse cognoscitur, ut ante iuramentum vel depositiones et post, in dicta et etiam personas testium legitima exceptio possit opponi, [et] Canonica instituta declarant.] **Cap. 2. q. 7. can. testes.**

Stephanus Papa et alii Pontifices testantur. [C. 3. q. 11. can. 1. et 3. Qui tamen sunt ex Aniani interpretatione.] **Præsertim ubi, &c.** Nam tunc inter puniri possunt à Iudice. cap. 2. sup. de confess.

II. INNOCENTIUS III. Archid. Richemundia. [c. an. 1208. Româ in Angliam.]

Reo expiciente de communicatione contra actorem, non obstat replicatio communicationis.

A Nobis ex parte tua dicitur quod, utrum is, qui excommunicatus in locutione vel oratione se communicat, excommunicatus ipsum à sua possit accusatione repellere, cum ille communicationem huiusmodi replicet contra eum.

Nos igitur inquisitioni tue t. r. quod ipse ab accusatione illius poterit removeri, cum primus à communicatione fidelium sit exclusus, secundus vero tantum à Sacramentorum participatione sit remansus.

III. IDEM Audicenti Episcopo. [c. an. 1206. Româ in Galliam.]

Habens plura beneficia, contra alium de pluralitate non excipit. Hoc dicit Joan. And.

Cum Ecclesiasticæ provisionis officium: [Et infra a.] Mandamus, quatenus Ja. faciatis præbendæ illius, de qua per C. præd. no. noscitur investitus pacifica possessione gaudere, cum exceptionem illam, quod præfatus Ja. in alia Ecclesia beneficium possidet, ei non possit opponere, quos constat varia beneficia in diversis Ecclesiis obtinere.

[a] Pro questione siquidem qua inter dil. fil. Novarien. Capitulum et I. Clericum super præbenda Novarien. Ecclesiæ vertebatur, tam nunciis Capituli quam idem I. ad Se. Ap. accesserunt: et dum in nostra et fratrum nostrorum presentia foret utraque partium constituta, pro ipso Ja. fuit taliter in nostro auditorio allegatum, quod cum placuisset bo. me. cc. pp. p. n. Ja. præbendam Novarien. Ecclesiæ, qua fuerat magistri B. desin. ad preces quorundam Cardinalium conferre, et ipsum de illa manu propria investire, de Ap. Se. mandato fuit postmodum in corporalem ipsius possessionem inductus, quoniam non permittebant eum Canonici possidere. Econtrario vero Novarien. Canonici respondentes, exceptiones quam plurimas allegabant, quibus ipsam Ja. à perceptione præbendæ repellere omnino intendebant.]

IV. IDEM Episcopo Helien. [c. an. 1206. Româ in Angliam.]

Judex statuere debet terminum ad omnes dilatorias proponendas, post quem expicientem non audiet, nisi in tribus casibus hic exceptis.

Afforalis h. Et infra. Quoniam per dilatorias exceptiones multoties nonnunquam causarum terminatio prorogatur, inquisitioni t. respondendo decernimus, ut intra certum tempus à Iudice assignandum, omnes dilatorie proponantur. Ita quod si partes extunc voluerint a quibus opponere, quas non fuerint protelate, nullatenus audiantur, nisi forte aliqua de novo sibi competens exorta fuerit: vel is, qui voluerit eam opponere, fidem faciat iuramento, de postmodum ad illius notitiam pervenisse.

V. IDEM Monachis Farfen. [c. an. 1207. Româ in Galliam.]

Excommunicatus excipere, appellare, et omnem defensionem facere potest, sed recurrenere non potest.

Cum inter Priorem et Conventum de Argentolio ex parte una, & nobilem virum D. de Malileone ex altera, super damnis et aliis coram vobis ex delegatione nostra quaestio verteretur, procurator ipsius nobilis veitrum volente declinare iudicium, eod quod duos ex vobis habebat suspectos, procurator Monasterii allegavit partem eisdem nobilis, cum esset vinculo excommunicationis adstrictus, exceptionis huiusmodi beneficium interdictum: [Et infra a.] Inquisitioni vestre duximus respondendum, quod prædicto nobili legitima defensio in iudicio reservatur, &

d Cap. 1. eod. tit. in 111. Compil. requiritur.

f Dicitur, sit, deest in pluribus.

g Cap. 2. eod. tit. in 111. Compil.

h Sup. de of. iud. delega. c. pastoralis, require que sunt hic decis. Cap. 3. eod. tit. in 111. Compil. Vide Bald. in l. 2. Quod ei auclam.

i Vid. l. fin. C. de except. Vid. tex. in aub. qui semel cum ibi notat. C. de probat. Hæc duo postrema verba desunt in antiquis. m Argentolio. n al. Malis.

maximè Iudicis recusatio, cum periculosum sit coram inspecto Iudice ligare, ac suspectis Iudicibus Se. Apo. causam de certa conscientia non committat. Unde in talibus non excommunicati favor attenditur, sed æquitas iudicantis, cum non debeat claudicare iudicium: ac satis videatur absurdum si actore impugnante, reo defensionis copia denegetur, quia sic condemnaretur multoties absolvendus. Porro cum excommunicatus, quando in causa absolutiois exiit, non sit iusta deneganda sententia, nec interdicti debet eidem appellatiois remedium, si contra iustitiam condemnatur: qua ratione in uno eodemque negotio ipsi alia legitima subtrahantur suffragia, non videmus. Ceterum non sic in reconventionem sentimus: ne quod in defensionis remedium sustinetur, ad impugnationis materiam extendatur.

[a] Cum enim excommunicatus non reportet ex contramacia commodum: potest conveniri, sed si exceptionis liberum possit habere progressum vel recursum, traheretur multoties in favorem quod est in odium introductum. Unde postulatit Sedis Apostolicæ oraculo edoceri, qualiter in hoc dubitationis articulo procedere debeatur. [P. 1. h. 7. Farfen.] Karrofen. Ordinis S. Bened. Dioces. Pictav. Argentolio. Argentono. Malileone. Malo.

VI. IDEM Monachis Farfen. [c. an. 1208. Româ in Sabiniam.]

Excipiens, non videtur sateri ea, que in exceptione includuntur. Et exceptio falsi potest inter ipsi sententiam opponi.

Cum venerabilis frater noster I. Sabin. Episcopus coram dilectis filiis nostris R. tituli S. Anastasie Presbytero, & P. sanctæ Lucie Diac. Card. quos sibi & R. procuratori vestro concessimus Auditores, Ecclesiam sancti Viti cum suis possessionibus & pertinentiis petivisset, afferens eandem se in spiritualibus & temporalibus pertinere. Idem nondum Episcopi intentione fundata præperit: sic respondit, quod etsi dicta Ecclesia dudum fuerit Ecclesiæ Sabin. subiecta, cam tamen non poterat Episcopus vindicare, quam ex permutationis causa Ferfen. Monasterium obtinebat; ad hoc probandum quoddam exhibens instrumentum, in quo contineri prima facie videbatur, quod Theodosius Episcopus cum suorum Sacerdotum assensu prædictam Ecclesiam sancti Viti, pro quibusdam Ecclesiis & rebus aliis in cambium vestro duxit Monasterio concedendam.

Ad hæc Episcopus proposuit memoratus intentionem suam per huiusmodi responsonem esse fundatam. Cum enim pars vestra responderet se dictam Ecclesiam ex permutatione facta per Sabin. Episcopum obtinere, conitari per consequens videbatur se credere, quod dicta Ecclesia tempore permutationis pertinuit ad Ecclesiam Sabin. cum permutatione inter contractas bonæ fidei computetur, nec cum alio, quam cum domino, vel cum eo, qui habebatur loco domini legitime valeat celebrari: [Et infra a.] Porro memoratus Episcopus ad probandum, quod iam dicta Ecclesia ad se in temporalibus pertinebat, quosdam testes induxit per quos nitebatur ostendere, quod tam dictam Ecclesiam, quam molendina, terras, & alia bona ejus Sabin. Episcopi diutius possederunt, de illis pro sua voluntatis arbitrio disponendo: Et infra. Intelleximus supradictum Episcopum intentionem suam minime fundavisse per testium depositiones, vel procuratoris supradicti responsonem, quia exceptionem obiciens de intentione partis adversæ, non intelligitur fuisse confessus, vel per instrumentum ex adverso exhibitum, cum in eo Theodosius Episcopus à quo permutatio facta proponitur, non dicatur Episcopus Sabin. quanquam in transcripto, quo procurator utebatur, appositum fuerit Sabin. per vitium falsitatis. Licet autem nimis excesserit, qui transcriptum illius instrumenti falsavit, quia tamen delictum personæ in damnum Ecclesiæ redundare non debet, ac non solum ante sententiam, verum etiam post obijci potest exceptio falsitatis, cum falorum instrumentorum preteritum lata sententia, usque ad xx. annorum spatium valeat retractari veritate comperta: nolimus ut per id Monasterio vestro præjudicium generetur.

Quia vero nobis constitit supra dictam Ecclesiam sancti Viti constitutam esse in Diocesi Sabin. Episcopale jus in omnibus eidem Episcopo adjudicavimus in eadem, istis duntaxat exceptis, que per authentica scripta ei noscuntur esse subtracta, cum per privilegium vel per prescriptionem legitimam nullatenus probaretur exempta.

Verum quia dictus Episcopus, qui eandem Ecclesiam vindicabat munus per prescriptionem legitima non ostendit, quanquam probaverit Episcopum Sabin. bona ejusdem Ecclesiæ aliquanto tempore possidisse: vos ab impetitione Episcopi quoad temporalia ejusdem Ecclesiæ sententialiter duximus absolvendos.

[a] Adiciens etiam quod si confessioni stare vellet in quantum contra vos facere videbatur, instrumentum tamen huiusmodi contra se minime admittebat, quia nec tabellionis auctoritate nec subscriptione testium dignoscitur esse sulcitur. Sed ad hæc pars vestra respondit, quod cum procurator in modum exceptionis id obijceret, non videbatur de adversæ partis intentione fuisse confessus,

o Vide Hostiens. in sum. tit. de recus. §. que sunt iuxta causæ.

p Farfen. al. Franoten. In quibusdam ita: Innoc. III. Archid. Richemundia.

q c. an. de confess. in tv. Compil. White Dyn. in cap. exceptione. De reg. jur. Adde Roman. in l. cum mul. mat. ff. sol. matr. r al. propter.

r videbatur.

in tanta contrariedade proponentium, de veritate nobis constare non potuit.

PITH. 13 Sancti Huberti et Sancti Martini Leodien. Sancti Huberti in Ardella Ordin. S. Bened. vel Abbat. S. Overti Leodien. Dioces. et S. Joannis et S. Martini Decano Leodin. forte S. Berson. Leod. Dioces.

VIII. IDEM Archid. Translig. [c. an. 1222. Româ in Galliam.]

Pro defensione sua Ecclesia potest quis opponere exceptionem excommunicationis, perjurii, vel aliam legitimam exceptionem: nec per replicationem excommunicationis vel perjurii repellit potest.

Dilecti filii S. & P. ac C. Canonici Ecclesiæ sanctæ Mariæ transmissa nobis petitione monstrant, quod cum M. Canonicus ejusdem Ecclesiæ ipsos coram delegatis à nobis transisset in causam super eo, quod se opponunt electioni à quibusdam Canonicis Granden. factæ de ipso in Priorem Ecclesiæ supradictæ: iidem proposuerunt, quod dictus M. non debebat audiri, eod quod excommunicatus erat, & perjurii crimine irretitus. Cumque dictus M. præfatis G. & P. perjurium, & S. excommunicationem in modum exceptionis & replicationis obiciens, eorum exceptionem elidere nitentur, procurator eorum proposuit, quod ejus super hoc probatio recipi non debebat, quia & si obiectum præfatis Canonicis perjurium probaretur, non essent propter hoc à defensione suæ Ecclesiæ repellendi. Adjecit etiam, quod contra excommunicationem dicto M. in modum exceptionis obiectam, excommunicatio supradicti S. replicari non poterat; quia exceptio ipsi M. oppolita & probata, eundem repelleret ab agendo: replicatio vero prædictum S. nequaquam à defendendo repelleret, si etiam probaretur: [Et infra a.] Ipsi vero Iudices interlocuti fuerunt, quod prius probationes reciperent super replicatione præmissa, propter quod ad nostram audientiam fuit appellatum. Quocirca mandamus quatenus si res ita se habet, revocato in irritum, &c.

[a] Quare petebatur ut omnis probationibus hujus replicationis in quibus etiam si probaretur, labor, ut præfatum M. est, consummeretur, manes probationes reciperent, sicut ad probandum obiecta ipsi M. dicerent producenda. [P. 1. h. 14. Translig.] Trans Ligerim. Granden. Gracensis. Graciensis, 2. V. C. Revocato in irritum.] Ut cap. 19. de iudic.

IX. GREGORIUS IX. I. & M. Canonici Pragen. [c. an. 1232. Româ in Bohemiam.]

Si per exceptionem suspensionis contra quam replicatur de nullitate, ordinatio Ecclesiæ retardatur: sit absolutio ad cautelam.

Apostolica Se. 17. Et infra. Sanè vobis apud Se. Apo. stolicam constitutis, quedam suspensionis & amotionis à beneficiis sententia sunt in modum exceptionis obiectæ. Quas licet proponeretis vos posse nullas esse per testes idoneos & instrumenta probare: Ne tamen ordinationem Pragen. Ecclesiæ, propter quam veneratis, huiusmodi objectionis obstaculo contingeret retardari: Sententias ipsas relaxamus ad cautelam.

PITH. 17 Apostolica Sedis. Conjunge cum cap. 9. de inf. de Cleric. excommunic.

X. IDEM Decano Linconienfi. [c. an. 1233. Româ in Angliam.]

Excommunicationis exceptio non obstante valet rescriptum impetratum in causa appellationis, licet de excommunicatione lata post appellationem à gravamine non fiat mentionem. Hoc dicit, & secundum hoc est casus no. & singularis: per quem forte possit colligi una regula, quod de invocato post appellationem etiam ab interlocutoria non est necesse in rescripto facere mentionem. Panorm.

Dilectæ in Christo filie Priorissæ & Conventus de Campella nobis significare curant, quod cum inter ipsas ex una parte, & Priorem & Conventum de Burcellia ex altera, super quibusdam decimis & rebus aliis, pro quibus conveniebatur ab illis coram Abbate S. Benedicti & ejus Collegis, auctoritate Apostolica quaestio verteretur, & ipsæ ad nos ex insufficienti gravamine appellassent, ac nuncium suum ad appellationem miserint prosequendam: præfati Iudices postmodum tulerunt excommunicationis sententiam in eisdem. Nostris ergo literis super appellatione præfata non facta mentione, de excommunicatione per eundem nuncium ad Priorem de Angles & suos Coniudices impetratis, pars adversa ex eo se appellare proponens, quod ipsi Iudices exceptionem excommunicationis prædictæ, contra ipsas ab eadem parte propositam admittere denegarunt, ad Priorem de Gernemoe, & suos Coniudices nostras super hoc literas impetravit: coram quibus ex parte ipsarum fuit excipiendo propositum, quod cum post appellationem legitima dicta sententia lata fuerit, & cuilibet excommunicato defensionis auxilium competere dignoscatur, memorati iudices exceptionem partis contrariæ, sicut nec debebant, admittere noluerunt: sed cum dictus Prior de Gernemoe & Coniudices sui talem exceptionem non reciperent eundem, ipsæ ad nostram auxilium

ressus, quia juxta legitimas sanctiones, qui exceptione utitur non estimatur de intentione adversarii consistere; adiungens quod est permutationis tempore convinium fore. credideris Ecclesiam dictam S. Viti ad Sabinen. Ecclesiam pertinere, prædictum tamen procurator ex certis causis seu verisimilibus conjecturis credidit eandem postmodum potuit taliter informare ut crederet eandem Ecclesiam ad Sabinen. Ecclesiam tunc temporis non spectasse. [Super bis infra et aliis propositis coram præfatis Cardinalibus deliberatione cum fratribus nostris habitâ.]

PITH. 10 Farfen. Tax. vet. Benefic. Maria Farfen. seu Frajen. prope urbem vel Maria Farfen. Ord. S. Bened. Ferfen. Farfen. seu Farfen. Argumento l. querela C. ad legem Corneliam de falsis, cap. 9. sup. de probat.

VII. HONORIUS III. Abbati S. Huberti & sancti Martini Leodien. [c. an. 1220. Româ in Germaniam.]

Si exceptio jurisdictionis exclusivæ, propter quam fuit appellatum probatur vera, Iudex appellatiois non debet de principali cognoscere, sed supersedere. Hoc dicit intelligendo, quod isti erant Iudices appellatiois: & est notabilis intellectus. Panorm.

Olim [Et infra a.] Nuper vero ex parte Gu. fuit propositum, quod literis præ. n. Treveren. Archiepiscopo præfatis idem W. excipiendo proposuit, quod auctoritate ipsarum responderi minime tenebatur, quia ultra duas dietas extra suam Diocesim trahebatur in causam, & quia dictus Archiepiscopo hanc exceptionem admittere recusabat, vocem ad nos appellatiois emittit: [Et infra a.] Porro procurator partis adversæ respondit quod idem Guil. ultra duas dietas extra suam Diocesim minime trahebatur, cum ipse Archiepiscopus terminum in tali loco statuerit, qui remotus ab illo non erat ultra, quam provisum esset per constitutionem Concilii Generalis: [Et infra a.] Disc. v. mandamus, quantum si procurator dicti Gu. probare poterit exceptionem, quam coram Archiepiscopo proposuit, expedire, videlicet, se in causam trahi ultra duas dietas contra constitutionem Concilii Generalis, vos appellationem dicti Guil. legitimam decernentes negotio supersedere curetis.

[a] Fuit nostris acribus intimatum quod cum se. me. I. PP. p. n. mandavisset ven. fr. n. Archiepisc. Trever. ut compositionem inter nobiles viros L. comitem Delos. & W. de Hollandia cruce signatos Trever. Dioces. super rapto nobilibus mulieris uxoris ejusdem Comitis, terris & rebus aliis amicablem rationem faceret observari: dicto vero W. utente venire contra dictam compositionem, & se ad Apostolicum diffignium convertere: idem Archiepiscopus appellationem ejus non deserens, quam irrisivam esse decrevit, in præfatum W. qui alius erat vinculo excommunicationis adstrictus, specialiter propter compositionem prædictam excommunicationis, & in terram suam interdixit sententiam promulgari. Cuius postmodum dil. fil. G. dicti G. procurator nostras ad vos super executione sententiarum ipsarum literis impetrasset, & H. procurator W. præfati in audientia publica contradixisset ejusdem, ven. fr. n. Alban. Episcop. & di. F. G. S. M. in Comiti Diac. Card. quos procuratoribus antedictis auditoribus delinimus, quia per ea que ad eas literas communicatis coram eis constitit manifeste dictam W. excommunicationis vinculo esse innodatum, procuratorem ejusdem W. ad impetrandum literas vel contradicendum admittendum esse sententialiter decreverunt, literas quas ad nos procurator dicti Comitis impetraverat absolutis. Nos quidem ad instantiam procuratoris Comitis supradicti alterius partis assensum metuentes, vobis delinimus in mandatis ut in commissio vobis negotio juxta formam in prædictis nostris literis expressam, ratione præcisa procederetis, literas decerneretis cavere viribus si quas forte à nobis super præmissis pro ipso W. in præjudicium ipsius Comitis per subreptionem contigit impetrari, que plenam de prædictis non faciatis mentionem. [Sed præfatus Archiepiscopus app. contempta mandata ven. fr. n. Treveren. Episc. ut compositionem prædictam faceret per ven. Eccles. firmiter observari, adjectum etiam fuit ex parte præfati W. quod dictus comes appellationem irrisivam mentiens antedictam, excommunicatus ad nos existentes veritate tacita literas impetravit supradictas, quando pro parte ipsius W. fuit humiliter supplicatum, ut cum idem ac terra sua, necnon et alia bona sub Apost. Sed. protectione consistens, super hoc sibi providere dignaremur, non obstante sententia quam incurrerat, cum Ludovico in Angliam transferendo, cum ipsam absoluerimus ab eadem. Nos igitur eidem excommunicationis vinculo absoluto, providere volentes, Abbati S. Laurentii & Coniudicibus suis per nostras literas delinimus in mandatis, ut si rem invenirent taliter se habere, revocato in irritum quidquid invenirent post appellat. huiusmodi attentatam, causam audirent, & sine debito terminarent; alioqui partes ad examen nostrum mitterent, appellatorem in expensis legitimis condemnarent.]

[y] Adjecit etiam istius Comitis procurator quod sepeditus W. aucto. jan dicti prædecessoris, alia est excommunicatio ligatus, de qua in literis ad jam dictum Abbatem S. L. & ejus Coniudices directis nullam fecit penitus mentionem. Unde petiit supradicti Comitis procurator ut eas, ob causas jam dictas, decerneremus irritas & inanes. Quia vero, Pars II.

y Dicitur nobis, deest in multis.

z al. Græcia. centis Ecclesiæ.

aa Hac duo verba exceptiones & defensionis in anti. manser.

ab Vide l. circa. cum not. ff. de proba.